

The Electronic Manipulus florum  
www.manipulusflorum.com

Mors bi  
cum fonte primo

Alia genera mortis spei mixta sunt:  
desinit morbus, incendium extinguitur,  
ruina quos uidebatur oppressura  
deposuit, mare quos hauserat  
eadem in qua sorbebat hora proiecit  
incolumes, gladium miles ab ipsa  
perituri ceruice reuocavit.  
Nil autem habet quod speret quem  
senectus ducit ad mortem.

Seneca epistola XX.

Alia genera mortis spei mixta sunt:  
desinit morbus, incendium extinguitur,  
ruina quos videbatur oppressura  
deposuit; mare quos hauserat  
eadem vi qua sorbebat eiecit  
incolumes; gladium miles ab ipsa  
perituri ceruice revocavit:  
nil habet quod speret quem  
senectus ducit ad mortem;  
huic uni intercedi non potest.

Lucius Annaeus Seneca, *Ad Lucilium  
epistulae morales*, 30, 4 (L. Reynolds  
ed., vol.1, pp.85-6, ll.22-25, 1-2).